Sit notum cunctis quoniam ego Poncius de Floriano diffinio et evacuo domino deo et Sancto Danieli in manu Er-
messendis abbatisse eiusdem loci. et in presentia Arnalli de Lercio et filii eius Arnalli et Guillelmi de
Palagreto et Guillelmi Sancti Martini. et Bernardi de Valle mulia et Ermengaudi de Colonico et Borrelli
iudicis et aliorum multorum virorum quendam hominem meum Bugarium Stephanum cum uxore sua et
infantibus suis et omnem eorum posteritatem tam presentem quam futuram. et recognosco eos
omnis iuris esse Sancti Danielis. Supra dictam diffinitionem facio tali modo. ut ab hac hora in
antea ego supradictus Poncius de Floriano nec requiram nec aliquis per meam vocem in eorum personis
requirat, sed solidi et liberi permaneant cenobii Sancti Danielis sicut supra scriptum est cum omni
eorum posteritate. Et ut firmissimum robur obtineat accepio per hac diffinitione solidos
XII. ex manu Ermessendis prenominate abbatisse.

Actum est hoc. XIII. kalendas Januarii. Anno. XXII. regni Ledovici regis iunioris. Sig+num P(oncii)
de Floriano qui hanc diffinicionem facio firmavi firmarique rogavi. Sig+num Poncii
Lercio. Sig+num Arnalli filii eius. Sig+num Arnalli de
Sig+num Guillelmi de Palagreto. Sig+num Guillelmi Sancti Martini.
Sig+num Bernardi de Valle mulia. Sig+num Ermengaudi.

Borrelli sacerdos et iudex.

Arnallus presbiter qui hoc rogatus scripsi

die et anno quo supra

AC. f 336r

~~1154~~

21-12-1158

Flassà.

Deffinició de las personas y successió de Berenguer Crove qui mullerfa Poncs de Flassà á favor de S. Daniel.

Nº 10 del plec de Flassà y Vilafraser

nº 28

T: 167x218

(27)

Testament en lo qual dexan a ... hominatges de ... Corrent